



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

LVIII [i. e. LIX]. Qua Forma conficitur Eucharistia?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

absque aqua. Lutherus l. contra Regem Anglie, anno 1512 fatuos vocat aquam vino mixtientes: cum sit merum pigmentum h. i. num.; & pessimam habeat significationem. Kemnitius part. 2. in Sess. 22. Can. 7. ait esse indiferens; cum incertum sit, an Dominus vīnum aquā miscerit: proinde miscere nil nec esse esse; nec præcipi ab Ecclesia posse.

CALVINISTÆ aiunt, vt Richerus, esse hereticos, sacrilegos, falsarios, qui milcent aquam, & sua commenta Euangelicæ puritati.

S V A D E N T I S T I S. 1. Lutherus & Kemnitius. Quia pessima est significatio, Isa. 1. *Vīnum tuum mistum est aquā*, id est, a Hieron. Verbi sinceritas corrupta est. 2. Quia, quod ex latere Christi fluxit Sanguis & Aqua; caratio non probat miscendam aquam in calice: quippe significat Baptismum & Eucharistiam, ait S. Aug. tract. 120. in Ioann. Vide Genesal. p. 3 q. 14.

A V T O R. Miscere vīnum aquā in Sacramento Calicis, probabilius non est de necessitate Sacramenti: et si improbabiliter pauci Esse aiant: Attamen, non miscere, grande peccatum est. 1. Quia Dominus vīnum aqua mixtum consecravit: (quod probabile Kemnitio pro more nationis. Malè) Nam sec' fert Traditio. Scriptura enim solius Calicis meminit, non vini, non aquæ. &c. Nisi ibi: *Non bibam de hoc genimine Vītu.* &c. quod dixit Dominus ad eum agni; non ad Eucharistiam; secundum potiorem Patrum sententiam. Traditione autem constat ex Liturgia S. Iacobi in Conc. Trullano: non ex Clementis Const. l. 8 cap. 17. ex Irenæo, Cypr. Basil. &c. qui ex omni natione, mixtaram non tribuunt morti nationis, vt Kemnitius.

3. Quia, Ioann. 19. Ex latere Christi

exiuit sanguis & aqua. Chrysost. hom. 24. in 1. Corinth. Quid est in Calice? Quodex Latere fluxit. August. Ambros. &c. 3. Quia Eucharistia significat Unionem Christi cum Ecclesia, vt vīni cum aqua. Sic Cypr. Euseb. Isid. &c. 4. Quia Eucharistie typus fuit, non solum, Genes. 14. Panis & Vīnum Melchisedech: sed etiam aqua Petræ, 1. Corinth. 10. Ita Ambrosius, Euseb. 5. Quia significatur sic duarum in Christo naturarum Vnio. Sic Nicolph. l. 18. c. 15.

D I C O A D I. In S. Scripturæ eadem s̄æpe contraria significant; vt Gen. 49. *Carnibus leonis Iuda.* Apoc. 5. *Vicit leo de tribu Iuda.* Contrà. Psa 90. *Conculcabis leonem.* Ita h̄ic.

A D II. Ista significant rectè: & etiam Significatur per mixturam calicis eadem profluxio Sanguinis & Aquæ. Quæ obstreput alia, liquent ex diuis.

#### Q V A E S T I O L I X.

Qua FORMA conficitur Euchariſtia?

L V T H E R O - C A L V I N I S T Æ in hoc contentiunt, vt Ecclesiæ Catholicæ sententiam non integrè admittant. Cætera, dissentient.

L V T H E R A N V S Martin. Bucerus in Matth. 26. verba Institutionis recitari necessarium negat: Quid Sacra Scriptura non id doceat vel iubeat: Habetque sectatores, teste Kemnitio part. 2. Examin. ad eff. 15. Can. 1. Kemnitius ib. d ista 1. Tota Institutionis descriptio pertinet ad formam: proinde Papistæ eam mutant. 2. Sola Christi verba sunt recitanda: At Papistæ multi permiscent. 3. Consecratio fit à Deo per os ministri: At Papistæ voluntam opus esse hominis consecrati. 4. Verba ea non debet recitari solam historice, vt Calvinistæ volunt: nec magice, vt Papistæ: sed quasi quæ, operante Deo, sint efficacia ad faciendum, quod sonant: sic, vt verba ea sint instrumenta Dei, non ministeri: Et sic efficacia sunt, vt nobis annun-

annuncient, certosque reddant, distribui in Cœna verum Corpus & Sanguinem Christi. Ita & Bucerus.

CALVINVS Inſt. 4. c. 17. §. 19. Verba recitata i vult per modum concionis seu lectio- nis, ad instruendam fidem; non ad consecran- dum elementum. LUTHERVS Inſt. de Capte. Bab. 6. de Bapte. patum referre ait, quibus verbis Sacramentum conficiatur; modò ad sit fides accipientis illud: Eò, quod Sacra menta cō- fificant in promissione; quæ nou accipitur, ni- si fide. Caluinus itaque iubet prælegi coena- tu. is, ex. Cor. 11. Institutionem.

S VADENT istis. 1. Caluinus. Domi- nus dicens, Accipite. &c alloquebatur Apo- stolos, non panem: ergo referuntur non ad hunc consuetandum, sed ad instruendos il- los. 2. Nasquam scriptum, recitari oportere. 3. Papista multa addunt, & detrahunt istud: quod pro vobis tradetur. &c.

A U T O R. Eucharistica Forma hæc est ipsissima: Hoc est enim Corpus meum. Hic est enim Calix Sanguinis mei. 1. Contra Lutheranos quatuor sunt certa. 1. Dominus pronunciauit hæc: testibus Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Paulo 1. Co- rinth. 11. 2. Dominus iis Consecra- uit: testibus cunctis S. Patribus & Theo- logis: Item: Si alio modo confeclarri vo- luisset; alio modo docuisset: At nō Præ- dicauit: nil recitari iussit; nisi Hoc. Vnde, Sacerdos in persona Christi consecrat: ideo non dicit Hoc est Corpus Christi; sed Meum: Quæ repetitio verborū Christi, est Consecratio per verba Christi, non per solam Voluntatem Christi, vt Lu- therani volunt. Nam solā voluntate cō- secrate, non est Ritu Sacramentali. sc. vi- sibili aut sensibili: talem autem instituit Ritum p̄ o Sacrementis. Quod sine Ta- li facit per solam inuisibilem Voluntatē, id miraculum est. Sicut M. gdalenam ab- soluit. 3. Dominus præcepit hunc

Ritum: Hoc facite, in Re, & in Verbis: Sicut & quoad Baptismum, Pœnitenti- am &c. Nasquam enim dixit: Dicite, Ego te Baptizo: aut Absoluo &c. Id quod Bucerus postulat expressum. 4. Do- minus vi horum verborum Consecra- tum transubstantiauit. Quia nisi Cor- pus & Sanguis Domini verè Hoc fuisset, Verba falsa fuisse oportuit. Vnde Apo- stolicus ritus est ex Traditione, post Con- secrationem continuò Demonstrare Rem adorandam, scilicet Iesum Christum. Hinc Graci ea verba clatè proclamant, & populus respondet, Amen, ac adorat.

H. TRADITIO id docet, ea Ver- ba diciad Panem & Vinum Benedicen- dum; non ad Inſtruendum populum: vt Lutherani & Caluiniani volunt. Patet ex Liturgiis Clementis, Iacobi, Basili, Chrysostomi, Ambrosii, ex Romana, quæ Sancti Petri esse censetur. Vnde Caluini ritus recitatorius, est omnino nouus, antè inauditus. Item: Sancti Patres dicunt Corpus Domini fieri My- stica prece, solenni benedictione, grati- arum actione: ceu ante & post hæc Verba suetum in Missa.

GRÆCORVM Refutationem vide in mea Geneal. p. 3 q. 15. Ex his ad Suasio- nes contrarias liquet responsio.

DICO AD I tamen. Quod in Basili Liturgia post, Accipite. &c. dicitur Fac Domine panem istum Corpus Christi: &c. oratio est. vt in nobis fiat cibus ad vitam, non ad iudicium. Similia vide apud Bellarmin. libr 4 cap 14. de Additio- ne, Detractione, Transpositio- ne, &c. Logi; nugæ nugarum.



Qq 2 Quæ.